Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ri itinerem. ex his ei detrahunt. s. ex illuminatione ceci nati. qui nec illo miraculo facto. In hoc ergo se ostendunt esse corruptos. quia non dum xp̃o adueniente ad monumentum: preassumunt accusationes. non expectantes rei finem. Sequitur. Ihs ergo rursum fremens in semetipso uenit ad monumentum. Studiose euangelista frequenter dicit. quod lacrimatus est. et quod fremuit. ut dicat quod ueram naturam induit. Quia enim hic magis aliis euangelistis magna de eo loquitur. et in rebus corporalibus humiliora dicit. Aug. Fremas autem et tu. si disponis reuiuiscere. omni homini dicitur qui premitur pessima consuetudine. Sequitur. Erat autem spelunca et lapis superpositus ei. Mortuus sub lapide. reus sub lege. Lex enim que data est iudeis. in lapide scripta est. omnes autem rei sub lege sunt. Iusto autem non est lex posita. Beda. Est autem spelunca rupis cauata. porro monumentum dicitur eo quod mentem moneat. Hoc est mortuos ad memoriam reuocat. Sequitur. Ait ihc. tollite lapidem. Criso. Sed quare non lapide manente fecit resuscitari. Nonne potuit qui corpus mouit mortuum uoce. et multo magis lapidem mouere. Non autem hoc fecit. ut eos testes faciat miraculi. ut non dicant quod in ceco dixerant. Non est hic. Manus enim et accessus ad monumentum. testabuntur quod ipse est. Aug. Mistice autem dicit. remouete lapidem. remouete legis pondus gratiam predicate. Aug. In quo puto illos signari qui uenientibus ad ecclesiam ex gentibus. onus circumcisionis imponere uolebant. Vel eos qui in ecclesia corrupte uiuunt. et offensioni sunt credere uolentibus. Aug. Iam autem maria et martha sorores lazari. que xp̃m frequenter mortuos resuscitasse uiderant. fratrem suum posse resuscitare penitus non crediderunt. Nam sequitur. Dicit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet. quatriduanus enim est. Theoph. Hoc autem martha tamquam diffidens dicit. ueluti impossibile credens posse fratrem suscitari. ob dierum diuturnitatem. Beda. Vel hec uerba non sunt desperationis. sed potius admirationis. Criso. Sed et hoc quod dicit ualet ad obstruendum indeuotos. ut et miraculum testentur manus tollentes lapidem. et auditus uocem audientes. et uisus uidentium lazarum exire. et odoratus fetorem recipiens. Theophil. xp̃c autem rememorat mulieri ea de quibus secum contulerat. et pene ut obliuiscenti loquitur. Vnde sequitur. Dicit ei ihc. Nonne dixi tibi quoniam si credideris uidebis gloriam dei. Criso. Non enim memor erat mulier eius quod xp̃c dixerat. Qui credit in me et si mortuus fuerit uiuet. Et discipulis quidem dicit. Vt glorificetur filius dei per eam. hic autem gloriam dei de patre dicit. Infirmitates enim eorum qui audiebant. causa erant dicendi eorum que dicebantur. Nolebat dominus intim turbare astantes. et ideo dicit. Videbis gloriam dei. Aug. In hoc autem est gloria dei. quod et putentem et quatriduanum resuscitat. Sequitur. Tulerunt ergo lapidem. Aug. Mora tollendi lapidem ad iacentem ex sorore deficienti causata est. non enim dixerat. Iam fetet est enim quatriduanus. non dixerat. Dixit ihc. tollite lapidem. Sustulerunt ergo lapidem. Hinc ergo longe tardius ablatus est. Commodum ergo est michi interponere uerba sancta ihu. et sororum excitationem. Alcuinus.

Ihs autem eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audisti

Quia xp̃c semper loquens minorem patre. ab illo petit suscitationem lazari. atque ideo se exauditum dicit. Vnde dicitur. Ihs autem eleuatis oculis dixit. pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Aug. Eleuauit quidem sursum oculos. quoniam i

lxxxiii. q̃o.

de uerbis dñi.